

Ex Patribus, & aliis.

S. VI.

Tantum debet actionum populi actio transcendere Praesulis, (Concionatoris) quantum distare solet a grege vita pastoris.

Magisterium stat de scientia; sed Magisterii autoritas constae ex vita. Docenda faciens obedientem perficit auditorem, Caepti Jesus facere, & docere. Act. 1. r. S. Petr. Chrysol. f. 167.

Si sapias, concham te exhibebis, non canalem; hic liquidem pene simul, & recipit, & refundit; illa vero, donec replatur, expectat; & sic, quod superabundat, sine damno suo communicat.

S. V.

De Concionatoribus vitæ improbe similitudines.

Magna eorum dementia fuit, Gen. 6. 14. qui, postquam tot armis Arcam, quæ Noemo, & filii eius, refugium foret, edificassent: eandem non subieperunt præ coeteris, sed cum reliqua turba aquis perierunt.

Proditor est cum Juda Ecclesiasticus, predicans, & confitens Jesum verbum, operibus autem negans. Sic Urtas tulit se cum literas proprie moris.

Qui bene docet, & male vivit, aquatur cereo; qui bonam quidem alii lucem præbet, se vero in malis consumere videt, aquæ extinguere.

Si vobis bonum dicimus, & nos malum facimus; similes candelæ erimus, qui alii lumen præbet, & ipsa liquefendo à lumine deficit.

Nasturtia aquatica in aquis pallida, submissa, quæ nihil crebunt; quia pluvia de caelo non descendit. Concionator, licet abundet aqua Philosophiæ, & Theologiæ, parum profuerint: nisi ab alto scientia, spiritus, devotio, in se descendat.

Testimonia.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Salutis non fecimus in terra; ideo non ceciderunt habitatores terræ. If. 26. 18. Est vox Isaiæ, Prophetarum, & Prædicatorum q. d. qui non fecimus opera sancta, præclara, & heroica factis, tum nostræ, tum proximorum; qui tanti sumus ad opera pietatis; ideo non ceciderunt à sua superbia, & malitia, incolæ terræ. Corn. hic.

Ecce ego ad Propheas, qui seruantur verba mea. Jer. 23. 30. Furantur verba Dei Prædicatores, qui sacram Scripturam docent, & prædicant ad gloriam, non Dei sed suam; qui quæ impiè vivunt, & populum scandalizant. Corn. hic.

Parate viam Domini. Luc. 3. 4. Parate viam Domini, qui bene docet, & prædicat; sed, si vitiose, distorteque vixerit, non rectas facit vias ejus. Gerson in Marc. Lect. 2.

Cujus vita despiciatur, restat, ut ejus prædicatio contemnat. S. Gregor. hom. 12. in Matth. 25.

Hoc ipsum Recloribus (Prædicatoribus) valde timendum est, quod Dei seruantur examini: quia tanto subtiliores rationes vitæ, & doctrinæ suæ parare debent; quanto sapientior est Judex, quem sustinent. S. Greg. l. 1. in Reg. 3.

Perdit auctoritatem docendi, cujus sermo opere destruitur. S. Hieronymus ep. 83. ad Oceanum.

Bis bene loquitur, qui bene vivendo & alios instruit. Bis male loquitur, qui male vivit, & male docet. S. Isid. l. 2. sent. c. 29.

Doctior malus, procurator inferni; advocatus demonum; latro insidians pergentibus ad regna cælorum; angelorum inimicus, destructor supernæ patriæ, oppugnator Christi. Sim. Cals. l. 10. c. 16.

Arde, ut accendas,

Ex Veteri, & Novo.

Totus mons Sinai fumabat - & sonitus buccinarum. Ex. 19. 18, 19. Cum Deus Legem populo in monte Sinai dare vellet, totus mons visus est conflagrare; deinde vox tubæ. Prius divino amore inardescere, tum tuba prædicationis resonet. Stella in Luc. 8.

Non descenderet Moyse ad erudiendum populum, nisi prius ad ignem ascendisset. Ex. 3. S. Bonav. in hexam. f. 22.

Ascendit Moyse in montem, & facti ibi 40. dies, & 40. noctibus. Ex. 24. 18. S. Petrus Chrysol. f. 14. ascendit in montem, ut tantum esset Dei amore succensus, ut ipse ardentè diligeret; & alios, ut diligerent, sic moneret, diligeret Dominum Deum suum, q. d. erat populo promulgaturus legem amoris Dei; ob hoc tot dies apud Deum veratur: ut ipse accensus amore Dei, coeteros facilius ad eundem amorem inflammaret. Did. Nyss. ser. 2. post D. 3. Quadr.

In dextera ejus ignea lex. Deut. 33. 2. non in lingua. Qui facit angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Pl. 103. 4. Non dixit lucem, sed ignem: quia virtuosiores ad hominum magisterium sumus ex charitate, & virtutis igne; quàm ex illustrati intellectus fulgore. Efcob. t. 3. Coll. Chr. Obf. 6.

Volavit ad me unus de Seraphim. If. 6. 6. Non Cherubim. Qui ergo taceret, & proximorum salutem interderet, clamare: ecce ego, mitte me. Efcob. ib. Isaias id Seraphim accensus calculo ignis, consecratus est Propheta; factusque quasi Seraphicus, & Ordinis Seraphici: delineabatur enim à Deo ad hoc; ut frigiditate, & gelida, hominum corda ardenti sua concione, vita, & charitate, inflammarent. Corn. August. in If. c. 1. v. 6.

Et scintilla quasi aspectus vis candentis. Ezech. 1. 7. S. Greg. hom. 3. in Ezech. Prædicantium vita sonat, & ardet; sonat verbo, ardet desiderio. As ergo candens est prædicatio accensa. De candenti ore scintille procedunt; quia de eorum exhortatione flammantia verba ad aures audientium procedunt.

Occide. Act. 10. 13. Medici specialem statuunt stomachum. I. Debilem, qui escas bonâ succi in malum, puta bilem, aut phlegma, convertit. II. Bonum, qui cibos boni succi in bonam alimoniam convertit. III. Optimum, qui via caloris res mali succi in bonum convertit. Ita debili charitate sunt, & virtute, qui volentes faculares in bonos convertere, ab eis pervertunt. Alii sunt, qui bonos in bonitate conservant. S. Optimi, qui vi charitatis malos, immò pessimos, serpentinis, & faxeos homines, in bonos, ovinos, & cereos convertunt. Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Ad supernum desiderium inflammare Auditores suos nequeunt verba, quæ frigido corde profertur: neque enim res, quæ in se ipsa non ardet, aliud accendit. S. Greg. mor. lib. 8. c. 26.

Nihil Doctore frigidius, qui verbis tantum philosophatur. S. Chrysol. in Act. Apost. hom. 1.

Nisi ardeat Minister predicans, non accendit eum, cui prædicat. S. August. in Psalm. 103. conc. 2. Qui facit angelos suos spiritus.

Anima lingua devotio est fervor. S. Bern. f. 56. in Cant. Ex abundantia cordis.

Ab sine igne quis ignem accendit? & absque charitate quis charitatis officium consummabit? Poteris planè inflammare coeteros, si fueris tu charitatis incendio concrematus. At tu si frigeas, sit porre jaceas, nullamque honoris divini, & fraternæ emulationis, sentias famem; quid proferes? quid proficies? erunt utique corda audientium lapidea, & impenetrabilia, quemadmodum tuum. S. Laurent. Justin. tr. de compunctè.

Si intus cor torpeat, si cœlestis dulcedinis gustu careat, si inutilibus cogitationibus distrahat; si terrenarum rerum affectu deprimat; utique quod docendo profert, ex se insulsum est, frigidum est, aridum, atque ad promovendum audientium mentes profus invalidum S. Laur. Just. lib. de regim. Præl. c. 11.

Si vis vocem habere in Prædicationibus insonantem, satage semper, ut te Divinus fervor accendat, ne vocem tuam rigoris torpor intercepti: frigida enim prædicatio non admittitur, & tamquam vox raucei non auditur. B. Petrus Dam. l. 6. ep. 17.

Quoniam spiritu Dei Prædicatores non incalcescimus, auditorum corda minime inclinamus. S. Thom. Vill. f. 1. die Pent.

Habet amor proprium idioma, quod solus novit amator. Nemo igitur hujus materiæ idoneus Auditor, nisi amator; nemo idoneus orator, nisi qui præ coeteris amore pollet. Quo enim quisque ferventior amator est, eò facundior, vehementior, atque potentior, orator exilet amonit. S. Thom. Vill. f. 1. D. 17. Pent.

S. VII.

S. VII.

Concionator faciat bona, quæ docet.

Num. I.

Figura, Symbola, Allegoria.

Ex Veteri.

Reverfus Moyse de monte, portant duas tabulas Testimonii in manu sua. Ex. 32. 15. Quisquis in monte cum Deo fuit, tabulas deseret. Desert autem non in ore, ut aliis eas redicat; nec in humeris, ut eas coeteris imponat; sed in manu sua: ut non tam verbo, quàm opere, & veritate, sit Legislator in Israel. Oliva l. 2. Strom. §. Reverfus.

Retorso ad collum capite. Levit. 1. 15. Os turturis torquetur ad axillas, ut scilicet Prædicator faciat, quod dicit. S. Bonavent. in Pl. 44.

Qui lingua lambrosus aquas. Judic. 7. 5. S. Greg. aquis doctrinæ sapientiæ; stante autem genu flexa operatio designatur. Qui ergo, dum aquas bibunt, genum flexisse perhibentur, à bellorum certamine prohibiti recesserunt: quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad proelium, qui, dum doctrinam fluentem hauriunt, relictum operum non insectant. Orig. hom. 9. Quod dicit, eos manus, & lingua, aquam lambere; non absque Sacramenti significantiâ videtur scriptum: scilicet, quodque & manu, & lingua, operari debent milites Christi, hoc est, opere, & verbo, qui fuerit, & docerit. Efcob. Corn. hic.

Manibus, & pedibus reptans. r. Reg. 14. 13. In manibus opera solent significari; Reptat manibus Prædicator, quando peccatoribus viam non proferat sapientiæ verbi, sed exemplo conversationis. Corn. hic.

Quandocumque spiritus Domini malus urripiebat Saul, David tollebat cibarium & presentiebat manum suam. i. Reg. 23. Cithara est virtutum unita harmonia: quam excitat operatrice manu, qui expectit animos à nequissimo spiritu ad Dominum revocare. S. Chrysol. hom. 4. in Acta. Cithara est charitas, seu sanctitas ipsa, Concionatoris; chordæ autem voces loquentes verba, quæ ad charitatem, seu sanctitatem, exprimendam pertinent. Omnes in unum suavè portant harmoniam; hoc demonum furorem compellit. Matth. 2. 2. vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. Qua via hic peccatores adducuntur? egregii cujusdam peccatoris monitis, prædicavit stella ex Orientis suggestu? an fulgida lingua verba efformavit? minime; sed actionibus Sanctis usâ est ad peccatorum reductionem. Efcob. t. 6. Parab. Chr. Obf. 2.

Quot Sauls Duces muniti armis fulgurabant in Castris Israel, cum Goliath arce Dei infultaret? nullus armatorum à tanta injuria castra Dei vindicavit, nisi inermis David; cui non nisi fundâ in dextera, i. Reg. 17. 49. & Deus in corde Agendum magis, quàm præcipiendum. Quod monstrum effes, si longiorem haberes linguam, quàm brachium? An non id est? si minus agis quàm loqueris? Una tibi data lingua à natura, binæ manus: ut plus agas, quàm dicas. Oliva l. 9. Strom. §. Sint lumbi.

Curus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Sic Eliazus vocat Eliam. Auriga est, qui ducit, & viam ostendit; currus vero, qui supra se pondera suscipit: illa faciens, quæ alii præcitat faciendâ. Diez Concionat.

Docent populum habentes librum Legis Domini. 2. Paral. 17. 9. Quod doces, imple Summa Prædic. Concionator.

Speciosus forma præ filiis hominum. Plal. 44. 3. tum conversis oculis ad ipsam: audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. v. 11. Cur magis ambis audiri, quàm videri? qui cum fructu audiri cupit, oportet esse talem, aut avidè, jucundeque prius videatur; sic enim vires adiciet verbi. Did. Nyss. ser. 3. post D. 2. Quadr. §. 2.

Omnes gemellis factibus. Cant. 4. 2. Gemellos foetus pariunt; cum exemplis, & verbo operè, & sermone, potentes sunt; Hinc natura duos ordines æquentium statuit, qui gemellis foetibus comparantur; amboque ita necessarij sunt, ut unus ordo sine altero officium mandandi cibum præstare nequeat: Qui sibi nequam, cui alii bonus erit? Ecel. 14. 5. Hinc Oritur causa, inquit Niffenus, cur sponus prius laudet dentes, quàm labia; & illos ovis ruminantibus asimet: quia labia in loquendo pulchritudine non florent, nisi dentes, per studiosam contemplationem, labijs hanc ipsam in loquendo gratiam conferrent. Prius ergo dentes ruminandi munus obeunt; cuncta, quæ dicenda sunt, considerantes: quàm aperiat labia ad ea proferenda alii. Unde Pl. 38. 30. Os justij meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. De Ponte hic. Exhort. 4. §. 3.

Quom pulchri super montes pedes annuuciantis, & prædicantis patem. Ila. 52. 7. Potius laudandum videtur os, vox, quàm pedes. Laudes Prædicatores non tantum cresunt ex verbis, quantum ex operibus. Sylv. c. 4. in Jo: q. 20.

Quasi tubæ exalta vocem tuam. If. 58. 1. Cur non præcipitur, ut leo rugit, aut ut tonitru populum percelleret? Tuba prius manibus applicatur ab his, tum succedit oris status. Did. de Castill. Illat. 68.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Manus hominis sub penis eorum. Ezech. 1. 8. S. Greg. homil. 3. Manus hominis sub penis, est virtus operis sub volatu contemplationis. Agypti, ait Horushierogl. 17. Fernonem notantes, pingebant linguam, & sub ea manum: significantes, ut sermo sit efficax, opere implendum esse, quod quis dicit, & suadet. Corn. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Exiit qui seminat seminare semen suum. Luc. 8. 4. Advertat Concionator, nè, sicut loquax avicula facere solet, quæ caveis abdita humanas dicit voces imitari; sic ille verba non sua, sed ementia profert. Id est, nè ea prædicet populo, quæ ipse prius non egerit. Stella hic.

Dare annulum in manu ejus, & calcamenta in pedes ejus. Luc. 15. 22. S. Hieron. annu est signaculum similitudinis Christi; hoc signaculum in manu datur, quando opera justitæ Scriptura significat. Quid de calcamentis dendum? S. Ambros. Evangelij prædicator est. Eph. 6. 15. calcanti pedes in præparatione Evangelij pacis. Benedic. Ferdinand. in Gen. 1. Sect. 1.

Accepi librum de manu Angeli, & devoravi illum; & erat in ore meo tanquam mel dulce. Efcob. 1. 3. Legem Domini eloquenti, & vano; dulce est prædicare; illam autem devorare, digerere, & opere comple, plurimum amarum est; & ideo pauci eam devorant. Idcirco dicitur. Apoc. 1. 3. beatus, qui legit, & audit verba prophetiæ hujus. Verum non hic suffundum diez; ideo addit, & servat ea, quæ in ea scripta sunt. Diez ser. 6. Dom. 1. Quadr.

Pictor solo verbo nunquam faceret bonum Discipulum. Ita Prædicator est pictor, depingens nobis imaginem Patriarcharum, quando prædicat de misericordia; & Prophetarum, quando de devotione; & Apostolorum, quando de charitate; & sic de aliis. Sed, si solo verbo dicit, nunquam faciet bonos Discipulos: quia oportet, ut operi etiam manus apponatur; ut opere adimpleat, quod alijs fervendum prædicat; alijs dicitur vobis: & Ribaldus ipse, tam bene dicit, & male facit! S. Vinc. Ferr. serm. de S. Thom. Aquin.

Sicut, qui theriacam vendit, eam prius in se experit; ut, alioqui nemo vult eam emere; sic, qui virtutem docent, eam in se debent experiri, & id, quod alijs dicunt, efficere. Diez Concionator.

Num. II.

Exempla.

Ex Veteri.

Notandum. Gen. 1. verbum Creandi, & operandi, primò esse positum antequam Deus loqui, & dicere, dicitur: primò dicitur, creavit, deinde dixit, fiat lux. S. Ambros. serm. 76. si non loquimur verbis Dei gloriam, factis exequamur ejus gloriam; quoniam dictis facta priora sunt. Fernandus in Gen. 1. Sect. 1.

In hoc scies, quod sum Dominus: ecce percutiam virginem, quæ in manu mea est. Ex. 7. 17. At que manus hæc? nonne Moyse? ita planè. Cur ergo Deus manum suam vocat? Respond. Cajetanus: manum Moyse appellat Deus propriam; quia jam eum constituerat Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. Erat ergo manus Moyse manus Dei, propter admirandam opera, quæ parabat. Deus vocatur Moyse; non quòd eloquens, sed quia erat vir operum, Elegantiùs quidem loquebatur Aaron; ait Divinitus operabatur Moyse. Fernandinus in Gen. 1. Sect. 1.

Testificatus est Dominus in Israel, & in Juda; per manum omnium Prophetarum. 4. Reg. 17. 13. Sed quomodo facta admonitio per manum Prophetarum? Abul. hic. Quæst. 7. respondet; dicitur per manum, id est, per os Prophetarum; quia non fit admonitio per manum. Sed hæc responsio difficilissimè reddit dubium; nam cur purat, per manum, os Prophetarum intelligi? quia Propheta docebat populum; & Doctores fidelis munus est, quod ore docet, opere implere. De Castill. Illat. 212.

Dixi, custodiam vias meas. Plal. 38. 1. id est, verò apud me statuo, virtuti, & perfectioni, studere. Et quòd inde emolumentum? ut non desinquam in lingua mea; quia, si virtutem docendo, aliud verbi, aliud operibus, ostendam; exiguum capient ex mea doctrina proventum. De Pinna in Ecel. Ethol. 112.

Exempla.

Ex Novo.

Christus Dominus.

ET aperit os suum docebat eos. Matth. 5. 2. Cur dicitur, quòd Christus aperuit os suum? S. Chrysol. hom. 15. cuius rei gratia videtur adjunctum, aperit os suum? ut procedubio disceres: quia, non cum loqueretur solum, sed etiam, cum taceret, docebat. Smiliter Eusebius. quam ob causam ait Evangelista; quòd os suum Christus aperuit? quia, etiam non aperto ore, docebat eos operibus. Sylv. hic. q. 9.

Enaves prædicatores. Matth. 10. 7. Qui laborem iudicij concionandi.

di, ipse suscepit. Velloso in Judith. 7. Paræn. Matt. 11. 1. transiit inde, ut doceret.

Surgite, orate. Luc. 22. 46. Monet Discipulos orare; sed postquam ipse prius diu oravit. Oliva 1. 15. Strom. hic.

Potens in opere, & sermone. Luc. 24. 9. Bonus ordo præcedat sermonem opera, ut efficax sit. Sylv. hic.

Quemadmodum ego feci. Jo. 13. 15. non dixit, quemadmodum ego dixi. Nazianz. opus enim sermone fortius est; & validior operis, quam oris, vox. Tertull. l. de palio: auditur Philoſophus, dum videtur. Efcob. 1. 3. Colloq. Chr. Obf. 8.

Capit. Iesus facere, & docere. Act. 1. 1. S. Ambr. l. 57. audis ergo, quoniam prædicit factum, subsequitur doctrina: siquidem bene facere, prima doctrina est. Apud Olivam tom. 3. conclus. 31.

Cur, postquam Joannes narravit de manu Christi cum septem stellis, mox ad eos ejus cum gladio vertit sermonem? Apoc. 1. 16. quia verba operibus, mox vitæ, lingua manibus jungenda. Sylv.

Sanctus Johannes Baptista.

Factum est verbum. Luc. 3. 2. Cur non dicitur: Dominus locutus est. Destinabatur Joannes, ut prædicaret, & alios erudiret: prius verbum prædicationis in eo fit, & in se adimplet, quod docturus est. Sylv. hic q. 12.

Plus quam prophetam. Luc. 7. 26. Ille, qui minus facit, quam dicit; est minus, quam propheta; qui autem plus facit, quam dicit; plus est, quam propheta: talis fuit Joannes. Hugo Card. hic.

Opportune nobis Joannes beatissimus jejuni tempore poenitentia Doctorem advenit: dicto factoque Magister verus. S. Chrysol. serm. 167.

Ego sum vox. Jo. 1. 23. Non dicit: ego clamo; sed, ego vox: non enim est aptus officio prædicandi, qui solum ore clamat: sed ille potius, qui totus est vox; ore clamans, & opere. Ofor. Dom. 3. Adv.

S. Joannes ad poenitentiam etiam hortabatur habitu: lugubrem enim gerebat vestem. Theophyl. in c. 3. Matth. v. 4.

S. Joannes, quia poenitentiam prædicabat, ipsam poenitentiam in cibo, & potu, & habitu, prætebat: quasi diceret populis ad se consuetibus: si ego, qui justus sum, poenitentiam factoris; & vos poenitentiam habitum sumere debetis multo magis, ut veniam consequamini. Haymo hom. D. 4. Adv.

Quid feceras? d Joannes? quæ peccata commiseras? quæ flagitia perpetraveras? ut talem ageres poenitentiam? Sanctificatus in utero, confirmatus in gratia, plenus Spiritu Sancto, mortaliter peccare non poterat. Ad quid ergo poenitentia tantus rigor? Nempe quia prædicaturus erat peccatoribus poenitentiam, prius eam in seipso operibus ostendit, quam sermonibus docuit. S. Thom. Vill. Conc. 3. de S. Jo. Bap.

Domini Præcursor vox fuit. Non fatiseit, quòd clames; sed ipse vox esse debes; opere præstans, quod verbo dicis. Stella de cont. Mundi p. 1. conc. 31.

Exempla aliorum.

Ex convenientes Apostoli ad Jesum, renuntiaverunt ei omnia, quæ operant, & docuerant. Marci 6. 30. Theophyl. neque enim satis est, si docemus, nisi & fecerimus. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur. Matth. 5. 19. Sylveira hic. cap. 17.

Non audeo loqui aliquid eorum - quæ per me non essent Christus. Rom. 15. 18. id est, non audeo de humilitate, patientia &c. concionari, nisi &c. Diez Concionator.

Senem Pesium moribundum fratres pro documento rogantes: nunquam, aiebat ille, quemquam docui, quod prius ipse non feci. Cassian. de Cenobii Instit. c. 28.

Motiva varia.

Ex Veteri, & Novo.

Custodi legem, & erit gratia sanctorum tuis. Prov. 3. 21. 22. Nisi abundaverit justitia vestra &c. Matth. 5. 20. Docet, debere discipulos suos, & Doctores, non docere solum, sed etiam facere. Barrad. hiet. 2. l. 7. c. 14.

Operari autem pauci. Matth. 9. 37. Non dicit Sacerdotes, Scriba pauci; sed operari pauci: quia pauci sunt, qui vita, & doctrina, student saluti animarum. Cajet. hic. Numquam Mundum convertissent ad fidem Apostoli, ac eorum proximi successores; si dixissent, & non fecissent. Id in Matth. 23.

Ponite in cordibus vestris sermones istos. Luc. 9. 44. Non in libris tantum, ut multi; nec tantum in cordibus aliorum; ut illi, qui prædicant, quæ non implent; & eos; tanquam depositum custodite. Dion. Carthuf. hic.

Ut mittat operarios. Luc. 10. 2. id est, Prædicatores, magis opere, quam ore prædicantes. Est enim prædicatio gladius qui, nisi teneatur manu, non terret adversarios. De his, qui dicunt multa, & faciunt pauca, dicitur Psalm. 58. 8. gladius in labiis eorum. Hugo Card. hic.

Opus sui Evangelista. 2. Tim. 4. 5. Anselmus hic: id est, Evan-

gelici Prædicatores: opus enim Evangelista est, bene vivere, & bene docere; moribus, & verbis instruere. Castillo Illustr. 68.

Audivi post me vocem magnam tanquam tubæ. Apoc. 1. 10. Deinde ait v. 12. convulsus sum, ut viderem vocem. Talis vox Prædicatores debet esse, quæ videatur; quando, quòd dicit ore, ostendit opere: & tunc talis vox est efficax, nec vacua revertitur. Hugo Card. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Utinam tam multi bene facerent, quam multi loquuntur bene! Lactant. l. 4. div. Insti.

Nullus sermo Doctorem firmus est, nisi prius docens se factorem declaret. Theophyl in Luc. 24.

Parum sine operibus profunt verba; virtus autem absque sermone plurimum. S. Laur. Just. in fasciculo amor. c. 2.

Sermoni omni sermo alius adferri potest; vita autem egregia, quis tandem erit, qui advenferit? Aut à docendi munere abline; aut moribus, vitæque probitate, doctæ: nè alioquin discipulos altera manu trahas, altera repellas. S. Greg. Naz. in sententiis.

Da voci tuæ vocem virtutis, consonet vita verbis; & statim erit in ore tuo vivus, & efficax sermo Dei, & penetrabilior omni gladio accipit. S. Bern. serm. ad Pastores in synodo congregatos.

Non in verborum splendore, sed in operum virtute, totam prædicandi fiduciam ponat. S. Proſper l. 1. de vit. contem. c. 23.

Percunctatus sum ex Japone, utrum, si in Japoniam cum eo proficiscer, censeret incolas Christi sacra suscepturos? Et ille, populares quidem suos non continuo his, quæ dicerentur, assensus, respondit; sed multis interrogationibus exploratoris, quid afferrent religionis? maxime verò, utrum dictis facta congruant? S. Xaverius ep. 6. Societati Romæ Cocino.

Quisque vestrum ubicumque est, se primum, deinde alios, juvare studeat; inducatque in animum, nusquam se melius, quam ubi à Præposito constitutus fuerit, operam Deo navare posse. Et simul confidite; Deum, ubi tempus fuerit, hanc viis, qui præsent; mentem doctus; ut eò vos potissimum mittat, ubi vester labor fructuosissimus sit futurus. S. Xaverius epist. 5. Societati Goam Cangoxima.

Contra eos, qui dicunt, & non faciunt.

Cùm Moyſes virgam manibus teneret, erat virga; in terram projecta in colubum vertebatur. Exod. 4. 3. Quandò id, quod doces, opere complex, doctrina tua virtutis & justitiæ virga est; quæ aquam & faxis elcere; & duros peccatores convertere possit. At verò, si id, quod alios doces, manibus ipse non attingas; aliud doceris, & aliud feceris; in tortuosum vertitur colubum; qui conscientias auditorum lædat, & veneno inficiat. Stella de cont. vanit. p. 1. c. 31.

Deiduxisti populum tuum in manu Moyſis, & Aaron. Psal. 76. 21. S. Hieronymus ait, significari egressionem peccatoris à statu servitutis culpa in libertatem gratiæ. Sed cur non per Moyſem solum, sed & Aaron manum? quia alter faciendū; loquendū officio alter, sungebatur. Si verbis conjuncta opera, eductes à peccatis homines. Did. fer. 3. Dom. 2. Quadr. 8. 2.

Abscondit piper manum suam sub vesella sua. Prov. 26. 18. Pigro labor est, ad os manum suam porrigere: quia desidiosus quisque Prædicator non vult hoc operari, quod docet: manum quippe ad os porrigere, est voci vix prædicatores opera concordare. V. Bede. Cornelius hic.

§. VIII.

Concionator sit boni exempli, quod efficacius verbis.

Symbola, & Allegoria.

Ex Veteri, & Novo.

Terre sol obediente Domino vocis hominis. Jo. 10. 13. 14. Cur non dicitur jubente, sed obediente? nè sol; & Luna, renuant parere, si præcipient non viderent obedire. Naxera in Jos. l. 5. 30. Non potest autoritatem habere sermo, qui non juvatur exemplo: dum iniquum sit, bona præcipere, & talia non fecisse. Cassiod. lib. 11. var. 8.

In intelligentibus manuum suarum deduxit eos. Psalm. 77. 72. Quis manuum intellectus: intellectus sermonis; vox est rationibus exundans ingeniosis. At manuum intellectus est vis, quæ correptos invitatos servus ad cœnam adducit. Cajet. facta exemplaria significat, addendo manuum suarum. Efcob. t. 6. parob. Chr. lib. 5. fer. 2. Obf. 2.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 13. id est, ostende filijs meis, quæ tibi commisi bonum exemplum de te, bene vivendo. Et addit: sonet vox tua in auribus meis; id est, filij mei tibi commissi audiant vocem prædicationis tuæ: quod enim Ecclesia facit filijs suis tibi commissis, Christus reputat sibi factum. S. Thom. Aqu. in Cant. lect. 2.

Effulum ostii mei aperni dilecto meo &c. Cant. 5. 6. Quam pulcher ordo loquendi! prius myrrha stillat de manibus, & digni myrrha probatissima pleni mentiantur; & deinde pessulum ostii dilecto aperitur? id est, prius vita laudabilis in exemplum præparatur; & deinde doctrina fidem quærens audientium palam profertur. S. Rupert. l. 5. in Cant.

Animalia ibant, & revertantur, in similitudinem fulguris ronscantis. Ezech. 1. 14. Et post v. 24. audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum. De Sanctis Apostolis explicat Aug. illud Pf. 103. 7. ab increpatione tua fugient, à voce tonitru formidabunt. Recentes ita explicant: sicut tonante cœlo prius fulgur ad oculos, quam tonitru ad aures pervenit; ita prædicantibus Apostolis prius ad oculos exempla, quam ad aures documenta fundebantur. Sylveira in Matth. 10. q. 18.

Vidimus stellam eius. Matth. 2. 2. Cùm omnium Patriarcharum doctrina, & propheticarum sanctorum eloquia, ad agnitionem Dei Judaica corda non flexerit; unus stellæ radius fidem gentium suscitavit. Quæ tanta commutatio fratres? quæve ista conversio? Apud Judæos Propheeta loquitur, nec auditur; apud gentiles stella tacet, & persuadet. S. Maximus ser. 5. de Eppih.

Quia videlicet Propheeta verbis curabat persuadere; stella autem tacens radijs fulgentium virtutum prædicabat. Efcob. t. 6. Parob. Chr. Obf. 2.

Præcedebant fulgur, & voces, & tonitrus. Apoc. 4. 5. Prius fulgur oculis videtur, quam tonitru auribus percipiatur: ut significetur; quòd optimi exempli lux verborum virtutem, & robur, antecedere debet. Corn. hic.

Exempla.

Ex Veteri, & Novo, Patribus, & aliis.

Colletus est ad eum in Jher. 1. Eldra 10. 1. Nota, quantum exempla Doctorem juvent, nihil scribitur Eldras locutus esse, sed tantum, auditu fecere; lacrymassæ; & turbam ad se fidelem non vociferando, sed lacrymando transiisse. Hugo Card. hic. Vide plura tit. Exemplum.

Renuntiate, quæ auditis, & vidistis. Matth. 23. 4. Auditores magni illius Concionatoris non audiebant solum, sed etiam videbant: audiebant divinum verbum, videbant modestiam, humilitatem, &c. Barrad. t. 2. l. 8. c. 10.

Ego vox lamantis. Jo. 1. 23. Exercitium Prædicatores est, quia omnia ejus membra, & potentie, debent prædicare; vita, mores, & fama. S. Vinc. Ferr.

Quæ auditis, & vidistis in me, hæc agit. Philipp. 4. 9. Sint tuba, & lux.

Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione. 1. Timoth. 4. 12. Verbum auditur, conversatio videtur.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua. Barrad. t. 2. l. 8. c. 10. Tonitruum erat ejus oratio, quia vita fulgur. S. Gregor. Naz. in Epitaphio S. Basilii.

Motiva varia.

Ex Veteri, & Novo.

Fuge dilecte mi. Cant. 8. 14. S. Ambroſ. l. de bono mortis c. 7. hortatur, ut fugiat sponsus: quia jam sequi potest etiam ipsa terra fugientem.

Loquimini ad cor Jersusalem. Il. 40. 2. Isd. Pelus. lib. 3. ep. 202. quandoquidem sermo actione destituit non ultra aurem graffatur; qui autem ab actione animatus est, ut qui acris, & efficax, alre penetrat, animumque attingit. Eam ob causam Deus Sacerdotibus eduxit, ut ad cor Jersusalem loquerentur: nam qui ad aures verba faciunt, permulti quidem sunt; & Sacerdotio indigni; qui autem ad cor, pauci omnino. Sylv. in Matth. 17. q. 27.

Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Tit. 2. 15. Anselm: imperii nomine non dominationem potentie, sed auctoritatem fruetur vitæ: cum in imperio quippe docetur, quod prius agitur, quam dicatur. Apud Efcob. t. 6. Par. Chr. l. 5. Sect. 2. Obf. 2.

Sententia Patrum.

Sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba intrat conscientiam renordet. Unde necesse est, ut, qui verbum Dei loquitur, prius studeat, qualiter vivat; & post ex vita colligat, quæ, & qualiter dicat? Ad prædicandum quippe plus conscientia vancit amoris ædificat, quam exercitatio sermonis. - Qui enim vitam suam interius pensat, & exemplo suo foris admoendo alios ædificat; quasi in corde lingua calanum tingit, in eo, quod manu verbis proximis exterius scribit. S. Greg. hom. 40. in c. 3. Ezech.

Nihil prodelt, aliquid exercitum esse in dicendo, & ad loquendum trivisse linguam; nisi plus exemplo docuerit quam verbo. S. Hier. c. 2. in ep. ad Tit.

Valdiora sunt exempla, quam verba; & plenus est opere docere, quam voce. S. Leo in solemnitate S. Laurentii.

Longa manu traieceris, ad cursum regendum, pro tessera. R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

sunt astrorum undequaque splendens motiones. Et gubernator incumbens gubernaculo, tollit in cœlum oculos; aliorum motibus aurigansævam. Qui verò vitæ pelagus rectè student percurrere, ac vitæ, secundum Deum institutæ, desiderant secare fluctus; non altra spectant, sed eorum iustorum; ac eorum vivendi rationibus, studiisque incumbentes, quasi composito gradu suam vitam dirigunt. S. Basil. Seleuc. or. 8.

Quòd si Sacerdos quisquam ad utrumque non sufficit; videlicet, ut sit vita clarus, & doctrinæ facultate sit proficius; melior est vita procul dubio, quam doctrina. Dulciior quippe est fructus operum, quam folia nuda verborum. Quid designatur per angelum, qui pastoribus voce annuntiat Nativitatem Domini, nisi geminæ gratiæ Prædicator; qui scilicet & doctrinæ verba exuberat, & sanctæ religionis splendore corruccat. Quid verò per Stellam? nisi simplex quilibet honeste vitæ Sacerdos innuitur? qui licet affluentis eloquiis facultate non pollcat, claris tamen operibus; velut quibusdam radijs, micat; & quos non erudit verbo, informat exemplo. Quòd si non potest esse Angelus; qui per linguam Prædicatores officium naviter implet: sit saltem stella, quæ radios sanctæ conversationis emittat. Necesse est tamen, ut clarus per vitæ meritum luceat, qui facundæ Prædicationis affluentia non abundat.

Hinc Moysi impeditoris linguæ. Ex. 4. ro. aded postmodum facies clarificata respiciendur, ut filiorum Israhel visus obtunderet. Ex. 34. 30. Aaron verò, de quo Ex. 4. 14. factus, quòd eloquens fit; nullus superemæ claritatis splendor accessit. B. Petr. Dam. l. 8. ep. 1.

Si quis, etiam lingua tacente, proximis exempla bonæ actionis, eoque ad imitanda quæ neglexerunt, elemosynæ, vel hospitalitatis, vel aliarum opera virtutum, convertit, officium professio Doctores exequitur. V. Bede in c. 5. ep. S. Jacobi.

Verba sine vita, sunt literæ sine sigillo. Ideo nihil fit pro literis Dei, quas nos portamus; quia sigillo caremus; Ugo Carlen. in c. 51. If.

S. Xaverius ep. 2. ad S. Ignatium, Concionatorem aliquem optat esse non doctrina magis quam exemplo clarum; siquidem, quod te non fugit, ad persuadendum facta dictis sunt potiora.

Sanè boni apud improbos. Vita exemplo affidue concionantur atque adeò plus; quam Concionatores è suggestu, sere proficiunt quippe, cum longe plus ad permovendum in factis sit, quam in dictis. S. Xaverius ep. 6. Societati Goam.

§. IX.

Concionator spernet terrena, amet paupertatem.

Ex Novo.

Nolite possidere aurum. Matth. 10. 9. Mundi contemptus in se ipſis oportet exempla præbere, nè incredulitate occasio Evangelio præbecatur: prædicantes cœlestia, terrena contemnant; annuntiantes æterna, temporalia omnino fastidiant; non gerant illa moribus, à quibus verba excellit tonantia homines nuntur avellere. Sim de Cassia l. 9. c. 18.

Pauperes evangelizantur. Matth. 11. 5. Potest id dupliciter intelligi. I. activè, juxta Euthymium, Theophyl. Abul hoc est, Apostoli pauperes evangelizant. II. passivè, ut docent Lyr. Hugo, Cajet. Si Activè sumas, inter miracula censetur; quòd pauperes evangelizentur. Sylv. hic.

Ad Joannem credidit omnis Judæa regio. Marci 1. 5. Da mihi aliquem de occupatis solitarijs irridentibus, qui per omnes atatis lux totius discursus, & sudores anxios, tantumdem proficiat; quantum solitarijs, iste manens in deserto fructificavit. Mirari, & colere solent homines, præferim simplex vulgus, eos viros, quos in vita sublimes, & sibimet austeros, aspiciunt; ob hoc maxime quòd nulla cupiditatis, aut ambitionis, nota respurguntur. Ex opposito Prædicatores nostri temporis, quia talibus inhiare vehementer, populariter, & ardent, cognoscuntur, fit sermo eorum in opprobrium, fit de mendacio, aut prava intentione, suspectum. Jo. Gerion hic Lect. 2.

Erat Joannes in deserto. Luc. 1. 80. Prædicabat primitus exemplo Sanctorum, spem regni cœlorum per contemptum terrenorum; quatenus auctoritatis pondus adedet verbis suis operatio; atque talis merito judicaretur, qui fallere nollet cupidine mundanorum. Jo. Gerf. tr. 11. sup. Magnif.

Nihil voluerit in vita. Luc. 9. 3. Occasione scilicet temporalis sustentationis, ut exemplo prædicatis illud. 1. Tim. 6. 7. nihil inultulus in tunc mundum; hanc autem, quòd nec auferre quid possunt. Unde Prædicator veritatis super omnia vitæ debet vitium cupiditatis; alioquin non erit Prædicator veritatis, sed adulator. S. Bonav. hic.

Nolite portare sacculum. Luc. 10. 4. Hic eis præcipit, nè quid deferant, in quo vel frustum panis includent: ut innotescat, eos non cupiditate, sed salutis animarum zelo duci. In nonnullis regionibus in domum defuncti conductæ lamentatrices veniunt; quæ, & si verbis, & ejulatiibus, alios conentur ad defuncti obitu

rum sentiendum; plorandumque commovere; ipsæ tamen ne unam quidem lacrymam effundunt, nec dolore tanguntur: quia quarunt solum lucrum. Iis similes mercenarii Concionatores. Diez Conc. 3. in Com. Evangelisti.

Regote ut mittas eum. Luc. 16. 27. Curn non Abrahamum ipsum mitti peti Prædicatorem fratribus? forsitan apud se statuit dives, quod major fides adhibenda pauperi Lazaro, quam diviti Abrahamo. Sylveira in Matth. 1. 11.

Reliquit ergo hydriam suam mulier. Jo. 4. 28. S. Bonav. & Hugo; hydria significat temporalem sollicitudinem: quam debet Prædicator relinquere, ut Christum annuntiet. Sylv. hic 9. 36.

Proiecit cupiditatem, & prosperavit annuntiare veritatem. discant, qui volunt evangelizare; & proiciant hydriam ad puteum. V. Beda hic.

Post hæc abiit Jesus. Jo. 6. 1. Per Jesum intelligitur Prædicator, qui seipsum salvare debet per bonam vitam, & alios, per sanam doctrinam. Hic Prædicator refertur plebem verbo Prædicationis, primò mare hujus sæculi transire debet, & elongare, & ascendere in montem vitæ eminentis; & tunc sequetur eum, id est, imitabitur, multitudo magna plebis. Hugo Card. hic.

Nec quisquam eorum, qui possidebat, aliquid suum esse dicebat. Act. 4. 32. Sed erant illis omnia communia; mox v. 33. dicitur: virtute magna reddebant. Apostoli testimonium resurrectionis I. C. D. N. Quæ connexio inter pauperetatem, & prædicationem Evangelicam? ut simul apponantur? Petr. Dam. opusc. 34. ut patenter ostendat, quòd illi dumtaxat idonei sunt ad prædicationis officium, qui nullum terrenæ facultatis possident lucrum. Sylv. in Matth. 11. 5. q. 7.

S. X.

Concionator corpori sit noverca.

Tenerunt sinistra manus lampadas, & dexterae sonantes tubas, clamaveruntque. Judic. 7. 20. S. Greg. 1. 30. mor. cap. 7. in-ruendum est: quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra, tenuerunt: quia pro magno habent prædicationis gratiam, corporum verò utilitatem pro minimo. Quisquis enim plus facit utilitatem corporis, quam gratiam prædicationis, in sinistra tubam, in dextera lagenam tenet. Oliva t. 3. conc. 21. de pass. Chr.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. 13. Una ex præcipuis falsis proprietatibus est, quòd non condicit, nisi conteratur. Ita oportet Concionatorem, animarum zelatorem, labore attriti, & aliquam partem virum pati. Talis Christus ut sal in passione contritus. Diez Conc. 1. Com. Doctor.

Da mihi bibere. Jo. 4. 7. Christus post laborem invitat nos ad paritatem, & vitæ austeritatem, in hoc, quòd domum non petit, sed super fontem simplici ter sedet. In hoc etiam, quòd non vinum, sed aquam, petit. Hugo Card. hic.

S. XI.

Concionator sit humilis; non quærat suam, sed DEI, gloriam.

Symbole, & Allegoria.

Colomba emittitur. Gen. 8. 11. ad revocandum perditos; & revertitur portans ramum olivæ: quia pacem, & misericordiam prædicans, fructum suæ prædicationis reportat Domino. Hugo Card. hic.

Tuba, per quam designatur Prædicator, non resonat, nisi vacua, & Prædicator debet esse vacuus per humilitatem, per que terum terrenarum neglectum. Hugo Card. in Pf. 44.

Puer parvulus minuit eos. II. II. 6. Puer parvulus est humilis quisvis Apostolus, & Prædicator; qui populum minat, id est, docet, docet, & regit. Ita S. Cyrill Hieron. &c. Corn. hic.

Motiva.

Lavabant retia. Luc. 5. 2. Post officium prædicationis lavant retia piscatores; quando Prædicatores sanctæ Ecclesiæ, post expletam prædicationem, lacrymis ablunt, quod in prædicatione, aut forte per instantiam, aut per negligentiam, deliquerunt. Haymo D. 5. post Trinit.

Resisti. Apostoli narraverunt illi. Luc. 9. 10. In quo appareret illorum fidelitas; quia ad divinum consortium celeriter redierunt. Vel idè narraverunt; ut de bonis factis non quærerent sibi gloriam, sed omnia referrent in Deum. S. Bonav. hic.

Erant pulverem, qui adhæsit nobis. Luc. 10. 11. Pedes Apostolorum sunt affectus Prædicatorum; quibus pulvis consuevit adhærere, scilicet inanis gloria, impatientia, avaritia. Primum pulvis adhæret, cum laudatur; sed excutitur per considerationem sui: vos non estis, qui loquimini. Quid habes, quod non accepisti? 1. Cor. 4. 7. Secundus pulvis adhæret, cum conternuntur; sed hic excutitur per remembrance Christum secutum illud Jo. 15. 20. non est servus minor Domino suo. Tertius pul-

vis adhæret, quando munera offeruntur; sed hic excutitur per memoriam mortis. 1. Tim. 6. 6. nihil inultum in hunc Mundum. S. Bonav. hic.

Et dixerunt illum ad Jesum. Luc. 19. 34. Multi vanæ gloriæ cupidi concionatores, non ad Christum, sed ad seipsum populum Christum alliciunt. Stella hic.

Non adulterant verbum Dei. 2. Cor. 4. 2. Sicut adulteri, non prolem, sed voluptatem suam, querunt; sic multi Concionatores non spirituales prolem, sed potius inanem gloriam, adipisci conantur. Diez Conc. 1. Com. Doct.

Nolim te moveri ex eo, quòd sæpe tibi abjectum sermonem, fastidiosumque habere visus es.

Nam & mihi propè semper sermo meus displicet: melioris enim avidus sum, quòd sæpe fruor interius, antequam cum explicare verbis fontibus exepero. S. August. l. de catech. rudibus ad Fratrem Deo gratias.

De Jastuisti, & vana gloria cupidis Concionatoribus.

Ut fugeret. Jon. 1. 3. Fugit Jonas, quia præsumebas, Niniytas, ad Dei minas à se proclamandas, pœnitentiam acturos, & Deum pœnitentiam parulum. Itaque fere quasi fallum prophetam irridendum. Ecce quibus umbris vanè vanus conturbatur homo. Eum sequuntur Concionatores, honoris sui, non divini, studiosi, qui auram popularem aucupantur. Corn. hic.

Secundum opera eorum nolite facere. Matth. 23. 3. Christus Cant. 4. 11. commendat sponfam, simulque egregium laudat Concionatorem: mel. & lac. sub lingua ejus. Philo Carpath. falsi Christi servi, quales sunt Prædicatores facti, mel in lingua portant, quod sub lingua non habent. Sape enim alii, cœlestia gaudia prædicant; cum ipsi tamen terrena, & peritura bona, desiderii appetant. At recti buccinatores Dei, dum divinæ Sapientiæ dulcedinem loquendo effundunt, eaque mentes audientium resciunt, & idem feracem sub lingua retinent, dum ea omnia sibi met profutura conservant, & sanè recitè peragunt, quæ ceteris recitè prædicantur. Escob. t. 3. Coll. Chr. Obf. 2.

Nè sinus sciti organi fistule: quæ nisi vento plene sunt, nec resonant, nec ullam melodiam faciunt. Miserum illum Concionatorem! qui ad prædicandum nec eos, nec affectionem habet, nisi dum aura vanitatis, & superbiæ fiat; & proinde in locis ignobilibus, & rudi plebi, prædicare non dignatur; quòd gloriæ spes non addit. Diez Conc. 2. in assumpt. B. V.

S. XII.

Concionator non spernat pauperes, & simplices

Symbole, Allegoria.

Ex Veteri.

In scala Jacob Angeli ascendunt, & descendunt. Gen. 28. 12. Angeli Dei, id est, nuntii, sunt Prædicatores veritatis. Rupert. Non semper in summitate scale, ubi majestas eminet: sed etiam ad scale pedes, ubi nihil honorificum, prædicet angelus pacis: in nosocomiis, carceribus, trimeribus, pauperibus. Alvarez Joseph Illustr. Gen. 39. Illustr. 121.

Altare de terra facietis mihi. Ex 20. 24. & offerretis super eo holocausta. Alii, pro pretio aræ, victimarum constituunt pretium. Si altare fulgeat, præstantissima immolant; si altare lizeat, vix immolant. Non ita iustus Dominus; etiam in imo immolari iussit boves, & oves. Tu quoque, si sapias, fervorem tuum applicabis, tum in splendido, tum in obscuro munere. Paulus non solum Dionysium ex tribunali tradidit ad Cathedram; sed Onesimum fugitivum ita elaboravit in vinculis; ut ex mancipio Ephesiorum Episcopum effiniret. Oliva lib. 4. Strom. 5. appar. gratia.

Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Israel. Ezech. 6. 2. Docentur hic Concionatores non sectari copiosum auditorem: nam Ezechiel, tanus orator, jubetur verbo facere ad rupes. Quid quereris, solus tibi parietes peroranti adesse? soia rupes aderant declamanti prophætæ. Et quidem, nè putaremus; inculca, & ex temporanea usum ad eas orationes; Deus ipse concionem dictavit. Oliva t. 4. Strom. ib.

Ex Novo.

Erant enim piscatores. Matth. 4. 18. de quibus Jer. 16. 16. ecce ego mittam piscatores multos. Dominus ad suum Apostolatum non venatores, sed piscatores vocat: quia venatores ad certam aviculam, aut prædam, collinant; at piscator in incertum mittit rete, ad capiendos quotcumque pisces. Sylv. hic q. 6.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. 13. Sal omnem carnem condit. Appoluerunt turbæ. Marci 8. 6. Annotat Marcus, Discipulos accepisse à Domino panes, ut opponeret: cuiam? an Principibus? an Phariseis? an propinquis? an uni, aut alteri? Profud turbis, viris, foeminis, parvis; omnibus. Escob. t. 1. Mirac. Chr. sect. 5. Obf. 4.

Omnia quadrupedia, & serpentina terræ, non solum leones, elephantes, sed & serpentina. Ag. 10. 12.

Varia Motiva.

Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. Prov. 1. 20. Non in foliis magnis urbibus, & magna hominum frequentia; sed foris, etiam in oppidulis, in pagis, clamitet. Alvarez Jos. Ill. Gen. 39. Illustr. 121.

Mittens dicit de Discipulis. Matth. 11. 2. Vox fuerat Joannes clamantis in deserto, nunc in carcere. Qui Dei vox est, ubique clamat: in deserto, in rupe, in plateis, in palatis regum, & cais pauperum. Alligatur carcere corpus, non vox. 2. Tim. 2. 9. verbum Dei non est alligatum. Barrad. tom. 2. lib. 8. cap. 10.

Pauperes evangelizantur. Matth. 11. 5. Inter cœtera adventus sui signa hoc imprimis ponendum censuit Redemptor; quòd pauperes evangelizentur. Et sanè prodigii loco habendum; si concionator aliquis pauperibus verbum salutis annuntiet; si incarcetatis, si rusticis; sed omnes pro jam doloribus confecturum primarias, omnes primas metropolitanas Cathedras affectant, folis divitibus concionari gestiunt. Bess. D. 2. Adv.

Amen dico vobis, quamvis non fecissetis uni de minoribus his, nec mihi fecissetis. Matth. 25. 45. Despicis labulum? Christum despicias, cuius labulum est. S. Chryostomus opressit videre concionatorem Paulum: ego Paulinum libenter vidisset rusticantem &c. Oliva 1. 4. Strom. 5. apparuit gratia.

Circumbat castella in carcerum decem. Marci 6. 6. Non in foliis civitatibus docebat Dominus, sed & in vicis, ut nos discamus, parvas non despiciere, neque semper magnas querere, civitates; sed & in contemptis oppidulis prædicemus. Theophil. hic.

Prædicare Evangelium omni creatura. Marci 16. 15. Dion. Carth. ex Evangelio isto docemur, quòd Prædicatores nullum debeant despiciere; sed sine personarum acceptione, unumquemque pro posse suo invitare, exortari, corripere; cum in Evangelio isto dicat Salvator: prædicato omni creatura. Unde Joseph in persona Christi, dixit fratribus suis personam Prædicatorum gerentibus: non videtis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Gen. 43. 3. Sylveira hic c. 10.

Apparuit gratia Dei. Tit. 2. 11. Aliqui, si in luce reponantur, omnia præstant; si verò in luto nutriti, agunt nihil. Oliva 1. 4. Strom. 5. Apparuit &c.

Intersceps illum, sicut me. Philem. v. 17. Quantum sapientiæ, & doctrinæ, disseminare debuit Paulus in arenis illis servilibus, quò apte redderetur ad insulas, ad Evangelium, ad Martiriis palmas. Omnino, si Paulus esses, ita elaborares Apostolum ex illice, ut ex auro. Non ex ebone tantum Phydias sciebatur facere simulacra, ajebat Seneca. Nulla materies tam vilis, est in quam non debeat opificii tui studia omnia consistere. Oliva lib. 4. Strom. cit. Accede ad puteum Sichar. Jo. 4. 10. & vide quas sapientiæ opes coram Samaritana Dominus profundat; parcius Scribas, & Apostolos; instruit, quam scortum, id. ib.

S. XIII.

Concionator etiam paucis, immò vel uni, libenter concionetur.

Exurgens MARIA abditio in montana. Luc. 1. 39. Nescio, an verbi Dei adeò studiosi sint, qui non nisi apud nobilitatem conventus, in frequentissimis templis, in urribus, de illo verbo faciunt. Ecce Dei Verbum, virgineo utero clausum quo se primùm deducit, per abrupta montium; ut vel famelicum puerulum Joannem cibo salutis satiet. Bæza 1. 1. cap. 8. 8. 3.

Unica ad pedes ejus sedebat Magdalena. Luc. 10. 39. Ut audiret verbum ejus; & copiosè ei illud ministrabat. Unicam ad puteum nactus est Samaritanus; nec eam est indignatus; sed instruxit, catechizavit, & convertit, & per illam Samaritanos ad fidem adduxit. Joann. 4. 6. 29.

Veni ad eum Nathanael cum Philippo. Joan. 1. 47. Veni Nicodemus nelle Jo. 3. 2. & his paucis non dedignatus est evangelizare regnum Dei. Marchantius D. Sexag.

Incipiens à Moysi. Luc. 24. 27. Duobus pauperibus Discipulis tot mysteria declarare dignatus est Dominus: hodie verò nisi Prædicator plurimos habet auditores, eosque nobiles; putat operam perdit. Diez fer. 1. Paich.

Sufficit ei, qui cognoscendi est potestate præditus, si ei vel unus inventus sit auditor. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Non personarum, sed auditorum, multitudinem in Ecclesia requiritur. S. Chryl. t. 6. hom. de Anna. Qui sapit, munus concionandi obest purè ex obedientia, & amore Dei; ac eadem quiete animi, & eadem alacritate, concionetur paucis, & multis; plebeis, & nobilibus. Magnum cogitet se habere auditorem Deum; ac de eo dicat id, quòd Plato de Aristotele: huiusmodi mihi sufficit; pluri enim est, quam mille alii. Corn. in Eccl. c. 3.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Varia

S. XIV.

Concionator vacet sibi; amet solitudinem, & silentium.

Symbole, & Allegoria.

Tabernaculum ita facies, decem cortinas. Ex. 26. 1. Oleasti novit Dominus, quam facile in contemptum veniant, quæ nobis sunt familiaria: ideo, licet delicias duxerit esse cum filiis hominum, voluit tamen eis multis operculis occultari. Did. Nyff. D. 4. Pent.

In sole posuit tabernaculum suum. Psal. 18. 6. Possunt etiam hæc exponi de Prædicatore. Debet etiam Prædicator habere tabernaculum, debet habere thalamum: in tabernaculo militatur, in thalamo quiescit. Debent enim Prædicatores militare, & pugnare, contra vitia in tabernaculo prædicationis; debent nichilominus quiescere in thalamo contemplationis; Hugo Card. hic.

Qui producit ventos de thauris suis. Psal. 134. 7. S. Aug. eisdem modo Prædicatores, & ventos, Ventificentur, & non videntur. Did. Nyff. D. 3. adv. 5. 2.

Vox sturruis. Cant. 2. 12. Dicitur Joannes apud Theodoretum, utpote solitarius. Barrad. D. 3. Adv. t. 2. l. 2. c. 14. Non vacat à myterio, quòd mutus pater Joannem genuit, qui vox clamantis fuit: semper enim melius vox in silentio generatur, & spiritalis otii quiete sapientia foris proferta percipitur, Galfridus l. allegor. super Luc. Unde Sanctus Basil. in regni. fist. dispur. c. 13. vocat silentium, gymnasium bene loquendi. Novarian. Elect. Sac.

Piscatores autem descenderunt, & lavabant retia. Luc. 5. 2. Quare piscatores lavant retia? Respond. Beda: Piscatores sunt Ecclesiæ Doctores, quinos reti fidei comprehensos, de profundo ad lumen elatos, quasi pisces litoris, fic terzè vivendum advehunt. Sed hæc retia modo laxantur in capturam, immò lota pliantur: quia non omne tempus est habile doctrinæ; sed nunc exercenda lingua Doctoris, nunc suimet cura gerenda. Sylveira in Joan. 4. q. 4.

Exit qui fovinat. Luc. 8. 5. Unde exit? de studio, seu cella, ubi debet esse clausus studendo, pensando, & ruminando: quoniam Prædicator, qui vult prædicare fructuose, non debet ire visitando illum, vel illum, S. Vinc. Ferr. f. 4. D. Sexag.

Ego vox clamantis in deserto. Jo. 1. 23. Prædicator, ut sit admirationi, & terrore, debet fugere oculos hominum. Quarit Theophil. cur vox clamantis in deserto? Respond. ut nè multitudinis multæ particeps fieret; & ut, neminem reveritus, liberè reprehenderet: nam si fuisset in Mundo, fortassis consuetudine amicorum, & societatè, coinquinatius fuisset. Did. Nyff. D. 3. Adv. 5. 2.

Debemus esse, sicut imagines: nam si stas procul, apparent pulchre imagines; sed si appropinquas, videntur aliqual rugulæ, & maculae; & tunc despicimur. Ita cavete vos Clerici (Prædicatores) nè multum communiceis cum Laicis; nè videntur maculas in vobis: quia nimia familiaritas parit contemptum. S. Vinc. Ferr. l. 3. post Latere.

Motiva.

Hic est, ecce auto res; festina nunc: hodie enim veniet in civitatem. Luc. 9. 12. Quid est, quòd dicunt puellæ? festina nunc. Et, nisi quia raro videbatur in civitate: videlicet tarde veniens, cito recedens. Quo nimirum magisterio Sanctæ Ecclesiæ Doctor instruitur; ut raro sit in publico, frequens in secreto; ut quò tardius aspiciatur, devotius veneretur. Tunc quidem quasi cœlestis excipitur: quia quò amplius in secreto contemplationis latuit, verbi Dei thesauros ad eos, qui se expectant, ditiores trahit. S. Greg. hic.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3. 7. Qui in silentio, & sub monasterii disciplina, doctrinam sacram fuerit perdoctus; cum auctoritatem fuerit consecutus loquendi; ac prædicandi; tunc Dominus illi præbet opportuno tempore linguam eruditionis; ut cognoscat, quando verbum proponi oporteat. Olympiod. hic.

Ahinc quadraginta dies. Jon. 3. 4. Comminatur extraneus, & ad ejus Orationem mores commutat universa civitas. Extraneus loquebatur; ac veluti demissam cœliis orationem pertinebant, & ad unam vocem luctui indulgebant. S. Basil. Seleuc. or. 12. quæst. 1. ad Jonam.

Jesus anclus est in deserto. Matth. 4. 1. Oratorem non expedire sepe videre quos docet, aut nimia familiaritate constringi; nè doctrina vilescat. Rarus fiat, non ex superbia, sed ex dispersione; ob causam amplioris profectus. Sed vix mihi, & pluribus; qui unum cum auditoribus facti sumus; ut habita sit vilissima Christi doctrina. Norma sit nobis, quòd fecit Doctor. Jesus: nam ex fuga desiderium audientium auxit; ut usque ad desertum veniret turbæ ad requirendum. Sim. de Caff. lib. 4. capit. 7. Christus nunc prædicare intendebat: ideo voluit omnia facere, quæ Prædicatores facere deberent, antequam prædicarent; & etiam postquam prædicare ceperunt. Prædicator enim debet se interdum à populo abstrahere. Abul. quæst. 5. ad cap. 4. Matth.

L 4

Asef.

Accesserunt ad eum turba multa. Matth. 15. 30. Unde tanta...

Erat in deserto Joannes. Luc. 3. 12. Nutriunt & sylva Concionatores...

§. XV.

Concionator sit orationi deditus,

Figura, & Symbola.

Domine Deus occurre, obsecro mihi hodie. Gen. 24. 12. Eliezer...

Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines pro-

terbis sermonem compositum in ore meo, & transfer cor illius.

Sonet vox tua in auribus meis. Cant. 2. 14. Cur non in auribus...

Impleverunt ambas naviculas. Luc. 9. 7. Duæ naviculæ, præ-

Illis cepisti duodecim. Luc. 9. 17. Signant duodecim Aposto-

Motiva.

Apparerunt fontes aquarum. Pl. 17. 16. Fontes sunt vulnera...

Cor suum tradit ad vigilandum diluculo ad Dominum. Eccl. 39.

Nunc verborum, & ministerio vobis instantes erimus. Act. 6.

levet animam silentem: ut eructet, quod biberit; vel, quod...

Tolle orationem timentium Deum; quid proderit, obsecro,

§. XVI.

Concionator ex corde ruminata profert,

Motiva, & præca.

Ex Veteri.

Osi justis meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judi-

Erullavit cor meum verbum bonum. Pl. 44. 5. Labia Sapientium...

Exiit, qui seminavit semen suum, qui scilicet verbum Dei faciat...

Ecce virgo concipiet, & pariet. Il. 7. 14. Concipe loquendo cum...

Erigit manum, manum erigit mihi aurem, ut audiam quasi magis...

Quasi tuba exalta vocenturam. Il. 58. 1. Organorum vox ven-

Comede velamen istud. Ezech. 3. 1. q. d. hæc traditio volumi-

Ex Novo.

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Luc. 13. 19. Latet re-

Vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, ac...

Filioli mei, quoties iterum parturio, donec formetur Christus in vo-

Accipe librum, & devora illum. Apoc. 10. 9. Primò vorare li-

Quomodo de amore loquetur homo, qui non amat, qui vim...

§. XVII.

Argumenta dictionis sæpius auditori inculcanda,

& quæ?

Ex Veteri.

O rigenes hom. 9. notat: Pontificem in ora, & sine vestis,

Percutens virga bis sileto, egressi sunt aqua largissima. Num.

Samuel, Samuel! 1. Reg. 3. 10. Sic peccatores non solum se-

Percussit Ammon, ut quædam indereserit dies. 1. Reg. 11. 11.

Ex Novo.

Docens in Synagoga, & prædicans Evangelium regni Dei,

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Chry-

Et ego nesciebam eum. Joan. 1. 33. Idem dixit supra v. 30.

Ex Patribus, & aliis.

S. Joannes Chrysostomus eo ipso, quo in Cathedrali Con-

Qui cupis sub fese delictorum sepultas animas erigere,

Nihil profectò in prædicationibus debet agi frequentius, quam...

S. Dominicus fundator Ord. Prædic. cum solum. S. Matthæi...

S. Bonaventura verba sua in Concionibus nec Ciceronis sti-

§. XVIII.

Solatia in sterilitate auditorum Labor, non fructus,

remunerabitur.

Ex Veteri.

Miser factus sum, & curvatus, usque in finem. Pl. 37. 7.

Pluviam voluntariam segregabis. Ps. 67. 10. Pluviam do-

Et qui enarrat iustitiam auri audent. Eccl. 25. 12. Id est,

Et ego dixi, in vacuum laboravi, sine causa, & vanæ ser-

Florans ploravit. Ps. Thren. 1. 2. Vox est Ecclesiæ plangens...

Ex Novo.

Vidit duos fratres mittentes rete in mare; & ait illis: ve-

Notam, semen divini verbi quadrupartitum, & in tribus par-